



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio decimaquarta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

### Magistri Durandi de

6 Tertio modo dicitur aliquid priuatum quia non habet aliquid quod natum est haberi licet non ab eo vel secundum speciem vel secundum genus; sicut planta dicitur priuari oculis. Primo ergo modo dicitur aliquid propriè priuatum. Et hoc modo non reperitur priuatio in diuinis sicut probat argumētū ad hoc factū. Secundo autem modo reperitur, ingenitum enim priuat generatione que nata est alicui conuenire de genere suppositorum diuinorum, scilicet filio, & sic pater primum.

7 QVANTVM ad secundum sciendum quod priuationes cognoscuntur per habitus, ingenitum autem dicitur priuatū geniti modo quo dictum est statim. Et ideo ex consideratione geniti iudicandum est de ingenito. Genitum autem dicit illud quod habet esse ab alio per generationem. Quod ergo aliquid dicatur ingenitum potest habere duas causas veritas, aut quia omnino non est ab alio, aut quia est ab alio, sed non per via in generationem. Primo modo esse ingenitum conuenit soli patri, quia in genere personarum diuinarum solus pater est a nullo vel non ab alio. Secundo autem modo prout ingenitum dicitur aliquid quod est ab alio non tamen per generationem, sed per spirationem. Spi. sanct. potest dici ingenitus, quia licet sit a patre & filio non tamen per generationem, sed per spirationem.

8 AD ARGUMENTVM primum dicendum quod distincta a generatione passiva facit quod aliquid dicatur ingenitum & non distincta a generatione activa. Pater autem plus distat a generatione passiva quam Spi. sanct. qui distat secundum genus eo quod omnino non est ab alio secundum aliquam emanationem. Spiritus autem sanctus distat solum secundum speciem, quia est ab alio, sed non per generationem. Et ideo in aliquo sensu vterque potest dici ingenitus, sed magis pater quam Spi. sanct.

9 Ad secundum dicendum quod Hieronymus accipit ingenitum pro omni eo quod est non per generationem sive sit ab alio ut Spir. sanctus, sive non, vt pater, & sic ingenitum dicitur de vtroq. scilicet de patre & Spiritu sancto.

10 Ad tertium dicendum, quod in illo sensu quo ingenitum dicitur illud quod est ab alio & non per generationem Spir. sanctus potest dici ingenitus, in sensu autem in quo ingenitum negat vel priuare omnino esse ab alio ingenitum conuenit soli patri, & sic accipit Aug. in genitum in autoritate allegata in contrarium.

### DISTINCTIO XIV.

#### Sententia distinctionis XIV.

Praeterea diligenter superius determinauit Magister de aeterna processione Spi. sancti. Hic vero determinat de temporali eius processione. Et primo determinat de ea. Secundo determinat nomē quod proprium est Spi. sancti. Secunda incipit diff. 15. ibi, praeterea diligenter. Prima diuiditur in duas. Primo determinat de processione eius in generali. Secundo prosequitur modos in speciali processione sua. Secunda incipit in principio 16. diff. ibi. Nunc de Spiritu sancto. Prima diuiditur in duas. Primo ostendit quod Spi. sancti procedit a patre & filio temporaliter. Secunda inquirit vtrum deretur seipso. Secunda incipit in 15. diff. ibi, his considerandum. Prima pars est presentis lectionis. Et diuiditur in tres. Primo enim determinat intentum. Secundo excludit errorem. Tertio removet quandā obiectionem. Secunda ibi, sunt autē alii. Tertia ibi, hic quaeritur vtrum. Et hæc est divisio & sententia in generali.

2 In speciali sic procedit Magister. Et proponit primo quod gemina est processio Spi. sancti, vna qua procedit aeternaliter a patre & filio, alia qua procedit temporaliter ad sanctificandū creaturam, vnde subdit quod Spi. sancti, non a patre procedit in filio & a filio in creatura, sed ab vtroq. procedit ad sanctificationē creaturæ. Et hoc confirmat autoritate Augustini. Haec autem processio aliquando nominatur processio aliquando datio, aliquando misio. Et hoc ostendit autoritate Beda & etiam Augustini. Postea excludit errorem dicētū quod in Spi. sancti missione ipse Spiritus sanctus non datur, sed tantū eius dona. Et hoc dicunt sensisse Bedam qui dicit Spi. sancti procedere, tamen ipsius gratia datur, sed quod Spiritus sanctus qui est vna in trin. persona

### Sancto Porciano

deretur pater, Spiritus enim sanctus in diuinis simul plures mentes discipulorū infudit quod non potuerit si esset creatura. Idem erit probatur autoritate Aug. ex parte dei dantis qui dat donum æquale sibi & addit quod Spi. sancti non est minor patris & filio sicut à quibusdā dicitur. Ultimum querit vtrum viri sancti dent Spi. sanctum & dicit quod non, quia si Spi. sancti a creatura daretur, ab illa procederet, vnde in primatua ecclesiæ non legitur sanctos deducere Spi. sancti, sed a eorum oratione & manuū impositione debatur sanctus Spi. & subdit quod Christus secundum quoddam hominem non dedit Spi. sancti. Et excludit quandam obiectionem. Quod enim Apost. dicit ad Gal. se dedisse Spiritum sanctum, intelligendum est quod per eius prædicationem datur Spi. sanctus. Et hoc confirmat autoritate Augustini. Et hæc est sententia lectionis in speciali.

### QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum sit aliqua processio temporali Spiritus sancti.

Tho. 1. q. 43.

Circa distinctionem istam queruntur quatuor. Primum est vtrum in diuinis sit aliqua processio temporalis. Secundum est vtrum in temporali processio ponat innatum cum aeterna. Tertium est vtrum per processione rei temporalem deretur ipsemet Spiritus sanctus vel solus eius dominus. Quartum est vtrum Spiritus sanctus deretur a viris sanctis. Primo ergo queritur vtrum sit aliqua temporalis processio Spi. sancti. Et videtur quod non: quia omnino quod procedit temporaliter incipit esse ex tempore, si per processione accipiat esse. Sed Spiritus sanctus non incipit esse ex tempore & tamen per processione suam ex parte & filio accipit esse, ergo non procedit temporaliter.

2 Item sicut Spiritu sancto competit procedere ita filio competit generari. Sed filius non dicitur generatus temporaliter nisi ratione naturæ assumptus, ergo cum Spiritus sanctus nullam vnam natum assumptus videtur quod nunquam processisset temporaliter.

3 IN CONTRARIUM est quod dicitur in litera, & agitur per rationem, quia cōtingit aliquis habere Spiritum sanctum ex tempore, sed non habetur nisi procedet ex patre & filio, oportet ergo ponere aliquam temporalem processione Spi. sancti.

4 RESPONSO. Primo videndum est quid vocamus processionem temporalem. Et ex hoc patet veritas questionis. Sciendum ergo quod processio temporalis appellatur processio persona à persona ad sanctificandum creaturam per aliquid in ipsa creatura, vnde Augustus dicit & habetur in litera quod Spiritus sanctus procedit temporaliter quando creaturam sanctificat. Ex quo quidam accepérunt occasionem dicendi quod sicut processio genita est processio persona à persona, sic processio temporalis est processio alicuius doni creati pura gratia vel charitatis à persona diuina in animam. Quod vtique non est vtrum prout nunc loquimur de processione temporali. Loquimur enim de processione Spi. sancti, quia Spi. sancti procedit. Ex hoc autem quod aliquid donum procedit a Spiritu sancto, Spiritus sanctus non procedit sed aliquid donum procedit ex ipso, ergo processio qua aliquid donum procedit temporaliter a Spi. sancti in creaturam est quædam temporalis processio. Sed nō est temporalis processio Spiritus sancti, licet vna non sit sine alia vt postea patet. Quid ergo dicendum quod temporalis processio Spi. sancti est qua procedit a patre & filio in creaturam quod potest intelligi duplicitate. Vno modo quod Spiritus sanctus procedat in creaturam tanquam in subiectum, sicut calor procedat ab igne in manu quod esse non potest, quia Spiritus sanctus est persona subsistens. Alio modo quod procedat in ipsum tanquam in obiectum amarum & cognitum & aliquo modo habetur. Et hoc quidem sit ex tempore mediante aliquo dono collato creature quod est gratia vel charitas, vel aliqua motio per quam creatura cōfugit in cognitionem & dilectionem Dei meritoria & habet deum non modo subiectum in se sed obiectum & præter hoc habet ipsum ut speciale rectorem & directorem, vnde processio temporalis vltra exitum personae à persona importat sic esse in creatura scilicet obiectum & ut spiritualis rex & prouisor & director. Et hæc duo includit temporalis pro-

Lib. I. Distinctio XIII.

processio personæ diuinæ sicut totū includit suas partes, ergo processio temporalis. Spiritus sancti nō dicitur processio alicuius doni à Spiritu sancto in creaturam, tamen non est sine ea, quia persona diuina nō se habet nouo modo ad creaturā obiectuē nisi quia creatura se habet nouo modo ad Deum per aliquid sibi à deo de nouo influxum, ita quod tota nouitas & mutatio est in creature secundum rem & subiectuē. In Deo autem solidū secundum rationē & obiectuē. Per hoc apparet principale feliciter quod talis processio potest dici temporalis & hoc sic. Illud totum cuius altera pars non est ab æterno sed nouo, non est eternum sed nouum & temporale, quia totum nō est nisi existentibus partibus quas totū importat. Sed processio personæ à persona vt modo nouo sit in creatura est quoddā totum importans duas partes, quarum vna est exitus persona à persona, alia est personam diuinā nouo modo esse in creatura. Et hæc pars non est æterna, sed temporalis & noua, ergo hoc totum quod est processio personæ à persona vt nouo modo sit in creatura non est æterni sed temporale & nouum. Et ideo dicitur processio temporalis.

5. Sed contra hoc potest argui dupliciter. Primo sic sicut se habet totum æternum ad duas partes, sic totum tempore ad duas. Sed totum non potest dici æternum nisi quælibet eius pars sit æterna, ergo nec totum potest dici temporale cuicunque pars non est temporalis. Cum ergo processio spiriti sancti de qua loquimur habeat duas partes quarum vna est æterna, & alia temporalis videtur quod sicut non potest dici æterna quia quadam pars eius non est æterna, ita non potest dici temporalis, quia quadam pars eius non est temporalis.

6. Secundò arguitur sic, quia demonstrato uno cæco & altero vidente sicut nō potest vere affirmari quod ambo sint cæci, sed negari potest vtrumq; dicendo quod nec sunt videntes nec cæci, eodem modo in processione quæ includit vnum æternum & aliquid temporale, sicut non potest dici quod sit æterna, sic nec potest dici quod sit temporalis sed vtrumq; est negandum.

7. Et dicendum ad primum quod non est simile quod adducitur pro simili, quia ad esse totius requiritur existentia cuiuslibet partis. Ad non esse autem eius non requiritur quod quælibet pars nō sit sed sufficiat alteram partem non esse. Æternum autem dicit illud quod semper est, sicut & erit. Et ideo totius æterni oportet quælibet parte semper esse fuisse & fore quod est eam esse æternam. Sed temporale dicit aliiquid sicut nunc esse quod prius non fuit semper, cum ergo ad non fuisse totius sufficiat altera pars eius non semper fuisse & hoc facit ipsum esse temporale, patet quod non oportet totius temporalis quælibet pars tempore esse.

8. Ad secundum dicendum quod refert loqui de pluribus pluraliter retentis & vno toto continente plura, quia in pluribus pluraliter est verum quod ista dicunt, non autem in toto continente plura. Si enim quereretur vtrum ita duo feliciter processio personæ à persona & existentia personæ diuinæ nouo modo in creatura sint æterna vel temporalia, neutrum esset dicendum, sed quod vnum est æternum & aliud temporale. Sed cum quereretur vtrum hoc totum quod est processio personæ à persona in creaturā sit æternum an temporale, dicendum quod temporale, quia non semper fuit altera pars quæ ad totum requiritur non semper existente, & est simile. Ponamus quod parieti antiquo superponatur totum tectum nouum, si quereretur vtrum hæc duo paries & tectum sint de nouo vel ab antiquo, neutrum esset dicendum, sed dicendum esset quod paries antiqui & tectum de nouo. Sed si quereretur vtrum domus sit de nouo vel ab antiquo, dicendum esset de nouo, eodem modo est in proposito.

9. A D P R I M U M argumentum, cuius dicitur omne quod procedit temporaliter, &c. Dicendum quod omne quod procedit temporaliter incipit esse ex tempore, si accipiat esse per illam processionem secundum quod est temporalis. Sed persona procedens non habet esse per processionem vt respicit terminum ad quem ratione cuius est temporalis, sed vt respicit principium à quo ratio cuius est æterna.

10. Ad secundum dicendum quod non omnino est simile de generatione & processione, quia generatio dicit

& Quæstio II.

50  
tantum respectu geniti ad eum à quo est generatio quod est principium communicati naturæ ipsi genito. Et ideo non ponimus nisi duas generationes in filio secundum duas naturas cōmunicatas diuinam & humanam. Sed processio non solū dicit habitudinem procedentis ad principiū à quo procedit, sed etiam ad terminum in quem procedit. Et quia hic terminus potest esse temporalis, ideo ratione eius processio est temporalis quanquā procedens nullam per hoc temporalem naturam accipiat.

Q VÆSTIO SECUNDA.

Vtrum processio temporalis Spiritus sancti ponat in numerum cum æterna.

*Tho. i. q. 8.*

S Econdo queritur, vtrum temporalis processio ponat in numerū cum æterna. Et videtur quod sic, quæcumq; habent adinuicem ordinē numerantur, quia ordo non est eiusdem ad se ipsum sed plurimum. Sed processio temporalis habet ordinem ad æternam, quia est posterior ea, ergo ponit cum ea in numerū.

2. Item sicut se habet filius ad generationem passiuam ita Spiritus sanctus ad spirationem passiuam, sed generatio filii æterna & temporalis sunt realiter duas generationes, ergo processio Spiritus sancti æterna & temporalis sunt realiter duas processiones.

3. IN C O N T R A R I V M arguitur, quia omnis processio Spiritus sancti est à Patre & Filio, illa autem non potest esse nisi unica, ergo processio spiriti sancti temporalis & æterna non sunt duas processiones, sed tantum una.

4. R E S P O N S I O . Si processio temporalis spiriti sancti esset processio qua aliquod donum procedit à Spiritu sancto in creaturam temporaliter sicut nonnulli imaginantur, tunc certum esset quod processio temporalis & æterna essent duas processiones realiter differentes, nec misram, vbiq; enim sum processoria realiter differentia ibi processiones realiter differunt, sed sic esset in processione æterna & temporali supradicto modo acceptis, ergo, &c. Minor probatur, quia procedens processione æterna est persona diuina, procedens vero processione temporali est aliquod donum creatum & hæc differunt realiter ut de se patet.

5. Sed quia hæc opinio reprobata est prius, ideo dicendum est realiter quod questione potest intelligi dupliciter. Vno modo quod processio temporalis & æterna ponant in numerū processionis, ita quod sint duas processiones realiter differentes. Alio modo quod ponant in numerū non quid processionis, sed in qualemcumq; numerum rerum vel rei rationis. Si primo modo intelligatur questionis, sic dico quod processio temporalis non ponit in numerū cum æterna, quia nō sunt duas reales processiones sed tantum una, quod patet sic, per realē processionem fit aliud reale in persona procedente absolutum vel relatum. In diuinis enim persona qua procedit ab alia per processionem habet quicquid habet absolutū vel relatum à persona à qua procedit, ergo per aliam & aliam realem processionem fit aliud realiter in procedente, sed per processionem temporalis. Sp. san. nihil fit reale absolutum vel relatum in Sp. san. præter illud quod est in ipso per processionem æternam, ergo processio temporalis nō est processio realiter distincta ab æterna. Et hoc quidem manifestum est ex predictis, processio enim æterna dicit solum exitum per longum à persona, processio vero temporalis dicit illud idem cum nouo respectu ad creaturam, & iste nouus respectus non potest dici secundum se processio, alioquin cum pater posset habere & habeat quandoque hunc nouum respectum ad creaturā, pater diceretur quia dicitur temporaliter procedere, quod est falsum, totum ergo hoc scilicet processio persona à persona cum nouo respectu ad creaturam dicit processio temporalis, processio æterna quidem ratione solius primi, sed temporalis ratione solius secundi, & ita est ibi unica processio quæ est æterna ex primo, & dicitur temporalis ex secundo.

6. Si autem questione intelligatur secundo modo sic ad hoc dicendum quod processio temporalis & æterna non ponunt in numerū rerum, quia nec sunt duas res, nec una includit super aliam aliquam rem, quod patet, quia p̄ter

G 2 pro

**Magistri Durandi de**  
procesionem æternam nihil est ibi nisi respectus nouus  
ad creaturam, ille autem respectus nō est realis, sed solum  
secundum rationem, &c. veruntamen licet processio tem-  
poralis non sit alia res nec aliam rem includat intrinsecè,  
connat tamē aliam rem intrinsecè. Hoc autem donum  
est aliquid in creatura, quia persona diuina non se habet  
nouo modo ad creaturam obiectivè nisi, quia creatura se  
habet nouo modo ad Deum per aliquid receptum in ea  
subiectivè. Et est simile Deus & Deus creans nō sunt duo  
dii nec duas res, & tamen Deus creans cōnorat extrinsecè  
aliam rem, scilicet creaturam. Similiter est in proposito ut  
visum est. Si autem quæstio intelligatur de qualicunque  
numero, scilicet rei vel rationis, sic processio temporalis po-  
nit in numerum cum æterna non ita quod via processio  
puta æterna sit tantū res & alia, scilicet temporalis sit ran-  
tum ratio, sed quia supra procesionem æternam que ve-  
ra res est processio temporalis addit respectum ad crea-  
turam qua est solum secundum rationem.

7 A D P R I M U M argumentum dicendum quod  
ordo procesionis temporalis ad æternam est solum ra-  
tionem connotari, ex quo consurgit circa personam diuinam  
procedentem respectus nouus, licet secundum rationem &  
per consequens numerus rei & rationis vel eiudè accepti  
solum secundum rem ad seipsum acceptum secundum no-  
uam rationem.

8 Ad secundum dicendum quod generatio filii æterna  
& temporalis non solum distinguuntur per respectum ra-  
tionis superadditum sicut processio Spī. sancti temporalis  
& æterna, sed per diuersas naturas acceptas per hanc gene-  
rationem & illam, ideo generationes realiter distinguuntur  
sicut naturæ per eas acceptæ, non sic autē est ex alia parte.

### Q V E S T I O T E R T I A .

Vtrum per procesionem temporalem Spiritus  
sanctus detur an eius dona.

*Tho. 1. q. 83. art. 3.*

Tertio queritur, vtrum per procesionem temporalem  
ipsem Spī. san. detur an tantum eius dona. Et vi-  
detur quod ipsem Spī. san. non detur, quia illud de no-  
vo datur quod nouo modo habetur, sed Spī. san. secun-  
dum se non habetur nouo modo, sed tantum secundum  
eius dona, ergo, &c. minor probatur per autorem de cau-  
sis qui dicit quod prima causa semper eodem modo se ha-  
bet ad res quanuus res diuersimode se habeat ad primam  
cauam.

2 IN C O N T R A R I U M est quod dicitur Roin. 5.  
Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spī. san-  
ctum, qui datus est nobis, ergo videtur secundum Apolo-  
lum quod virtusque detur scilicet ipse Spiritus sanctus &  
dona eius.

3 R E S P O N S I O . videhuius sunt tria. Primum est,  
quomodo Spī. san. detur cum donis suis & non tantu sua  
dona. Secundum est cu quibus donis Spī. san. detur & cum  
quibus non. Tertium est quid detur per prius virtutem Spī.  
san. an dona eius. Quantum ad primum sciendū est quod  
aliquid potest dari alteri duplicitate ad p̄fēctiōnē. Vno modo  
sicut forma inherens sicut calor datur aqua ab igne, &  
isto modo Spī. san. nunquam datur cum sit persona sub-  
sistens & nullo modo forma inherens. Alio modo sicut  
obiectum, vel sicut amicus, rector, & motor, sicut dicitur  
quod aliquid datur puerō in tutore, & hoc modo datur  
Spī. san. hominibus & nō solum dona eius. Est enim quo-  
rundam obiectum cognitum & amatum quorum ipse est  
spiritualis tutor & director.

4 Ex hoc patet secundum scilicet quod Spī. san. datur  
creatura rationalis solum cum donis naturæ, sed imper-  
fectæ. Cum donis vero gratia perfectus, sed cum donis  
gloria perfectissime. Quod patet vñica ratione quæ talis  
est. Illi soli creature darur Spī. san. que potest in ipsum  
tendere tanquam in obiectum cognitum & amatum, &  
eius ipse est spiritualis tutor & director, sed sola creatura  
rationalis potest intendere in Deum vel in Spī. san. tan-  
quam in obiectum amatum & cognitum imperfecte qui-  
dem secundum dona naturæ, perfectius vero secundum  
dona gratia, perfectissime autem secundum dona glorie,  
solus etiā creature rationalis est specialis tutor, prouisor,

### S a n c t o Porciano

& director, quia ordinabilis est ad finem supernaturalem  
& specialior electorum, specialissimus autem beatorum,  
ergo Spī. san. datur soli creature naturali imperfecte se-  
cundum dona naturæ, perfectius secundum dona gratia,  
sed perfectissime secundum dona glorie.

5 Quantum ad tertium notandum, quod aliquid di-  
citur prius duplicitate. Vno modo secundum tempus. Alio  
modo secundum naturam. Si loquamur de prioritate se-  
cundum tempus, sic in datione Spī. san. & donorum eius  
maxime quod ad dona glorie nullo modo est prius & po-  
sterius secundum tempus. Cutius ratio est, quia dona per-  
tinentia ad beatitudinem semper perfectius ipsam animam  
in actu suo, quia beatitudo consistit in actuali operatione,  
vt patet ex primo Ethic. Sed illius actus vel operationis  
obiectum cognitum & amatum est Deus vel Spī. san. cum  
illa operatio sit intellectus & voluntatis, ergo simul secun-  
dum tempus habent dona glorie & Deus vel Spī. san.  
ut amatus & cognitus.

6 De donis autem gratia & naturæ cum quibus Deus  
habetur minus perfectè secus est, quia illa nō semper per-  
ficiunt hominem in actu suo. Non enim habens intellectum &  
voluntatem etiam cum fide & charitate semper est  
in actu contemplandi & diligendi. Deum naturaliter vel  
meritorie. Et ideo cum his donis nō semper habetur deus vel Spī. san. vt actus cognitus & amatus, sed solum secun-  
dum potentiam vel habitum, proper quod hæc dona prius  
habentur secundū tempus quā Spī. san. habeatur in actu.  
Si vero loquamur de prioritate secundum naturam sic ad  
p̄fēctiōnē duplex est natura, scilicet materia et forma, forma  
autem est perfectio materia. Et ideo illa que sunt perfe-  
ctiora sunt priora secundum naturam formæ vel finis, que  
autem sunt imperfectiora sunt priora secundū naturam  
materie vel subiecti recipientis, cum ergo habere deum vel  
cognitum & amatum, sit sicut finis & perfectio principia-  
liter intenta, patet quod secundum naturam formæ & finis  
qui aliquo modo coincidit cū forma, Spī. san. datur prius  
natura quā datur eius dona. Sed secundū naturam mate-  
ria vel subiecti recipientis prius habentur dona, Spī. san.  
quam ipse Spiritus sanctus propter duo, primo, quia sem-  
per in subiecto dispositio procedit naturaliter perfectio-  
nem, sed dona Spī. san. sunt quadam dispositiones ad ha-  
bendum Deum, ergo &c. Secundū quia persona diuina nō  
se habet nouo modo ad creaturam obiectivè nisi, quia crea-  
tura se habet nouo modo ad Deum per aliquid quod est  
ei datum de novo & est in ea subiectivè, sed illud quod est  
causa & ratio alterius est prius eo secundum naturam, ergo  
dona influita natura ad Deum sunt in ea prius secundum na-  
turam quam ipsa feratur in deum tanquam obiectum quod  
est eam habere Spiritum sanctum.

7 A D A R G M E N T U M in oppositum, dicen-  
dum quod ipse Deus vel Spī. san. modo se habet ad  
creataram non quidem subiectivè sed obiectivè absq; ma-  
tiatione sui per solam mutationem creature, & cum quo  
Deus eodem modo se habet ad res secundum auctorite-  
tē causis. Dicendum quod intelligendum est: sic q̄ in Deo  
non sunt subiecti diuersi modi reales quibus se habeant  
nunc aliter quam prius, ex variazione tamē creaturerum  
variae relationes secundum rationem consurgunt circa  
Deum obiectivè, & sic est in proposito.

### Q V E S T I O Q V A R T A .

Vtrum Spiritus sanctus detur à viris sanctis.

Q V A R T U M . Vero queritur vtrum Spiritus sanctus detur  
sanctis viris. Et videtur quod sic, quia Christus  
dedit discipulis potestatem dimittendi peccata, sed pecca-  
ta non dimittuntur nisi per Spiritum sanctum, ergo discipuli  
potuerunt dare Spiritum sanctum.

2 IN C O N T R A R I U M est quod dicit Aug. de  
Trin. non aliquis discipulorum dedit Spī. san. sed orabit  
ut veniret in hominem.

3 R E S P O N S I O . dicendum q̄ Spī. san. potest dari  
duplicitate. Vno modo directe per modū autoritatis. Alio  
modo indirecte & per modū ministerii. Primo modo nō  
potest Spī. san. dari à quacunq; creatura, angelo vel homi-  
ne nec in se nec in donis suis, nō in se quia Spī. san. solum  
potest